



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Sancti, & Beati, Ordinis Humiliatorum. cap. LXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

Beatus Iacobinus, Senensis, Monachus Ordinis Humiliatorum,
S.R.E. Card. creatus anno Obijt anno

Episcopi Ordinis Humiliatorum. Cap. LXII.



ANCTVS Baudolinus, Alexandriae de Palea Epi
scopus, Obijt die 10. Nouembris.

Beatus Lucas Manzolus, Fesulanus Episcopus, post
Cardinalis, obijt 14. Septembris.

Sanctus Constantius, Brixienfis Episcopus, obiit
die 12. Februarii.

Sancti, & Beati, Ordinis Humiliatorum.

Cap. LXIII.



EATVS, Andreas Senensis.

Sanctus Baudolinus Episcopus Alexandrinus, co-
lunt 10. Nouembris.

Beata Blanca Senensis.

Beata Bruna Vercellenfis.

Sanctus Constantius, Episcopus Brixiae, celebratur

die 12. Februarii.

Beatus Guido Mediolanensis, Ordinis fundator antequam Regulæ
D. Benedicti subijceretur.

Sanctus Holinus.

Sanctus Homobonus Cremonensis, Confessor, celebratur die 12.
Nouembris.

Beatus Horricus Vercellenfis.

Beatus Iacobinus Senensis, & S.R.E. Cardinalis.

S. Iohannes Meda Comensis, uir miraculorum gloria clarissimus, qui
Monachos sui Ordinis Regulæ Diui P. N. Benedicti astrinxit,
obijt anno Dom. 1159. die 6. calendas Octobris, & eodem anno
ab Alexandro Papa III. albo Sanctorum insertus est.

Beatus Lucas Manzolus Cardinalis, transitus eius 14. Septembris.

Beatus Petrus de Corino.

Sanctus Pincininus.

Beatus Raynerius Genuensis.

Beatus Tiberius Parmensis, Generalis, fundator Monasteriorum
S. Mariæ

S. Mariæ de Horto Venetijs; S. Michaelis, Parma; & S. Lucæ Brixia
quiescit Venetijs.

Sanctus Torpetus, martyr Pifanus: alius a S. Torpete qui Pisis
celebratur 17. Maij.

Beatus Vbertus Mediolanensis.

*De quinto Stellato Sancto Petro, Cælestino V. Papa,
Fundatore Monachorum Cælestinorum.*

Cap. LXIII.



VINTVS Stellatus qui ad dextram S. P. N. Benedi-
cti, in habitu Monachi, Tiara redimitus Pontificia
cernitur, is est Sanctus Petrus de Morone, Mona-
chorum Cucullatorum, a nomine quod in Ponti-
ficatu gessit, Cælestini vocati, sub ipsius Patris re-
gula militantium, institutor; qui Eferniæ in Sam-
nio loco humili natus, & Petrus de Morone vocatus, vitam Eremiticam in Monasterio S. Petri in Monte Apuliæ Maiella, non longe a Sulmona Diœcesis Valuensis, ubi & Prioris, & Abbaris uices egit, sub Regula Diui Benedicti, Congregationis S. Damiani, aliàs Columbæ, diu cum duxisset: augendæ religionis cupidus, ipsius S. P. Benedicti familiã nouo aliquo instituto exornare cogitauit: cuius desiderij uota ex alto cœlorum Deus attendens, ut quod in humilitate sua positus nequiebat, super candelabrum domus Domini constitutus implere posset, diuinitus effecit, ut absens in Eremitico Maiellæ, & extra collegium Cardinalium, quum inter se de futuro Pontifice Cardinales concordare esse non possent; post longam tandem disceptationem, ad suggestionem Fratris Latini Episcopi Cardinalis Ostiensis, qui eius sanctissimam vitam optimè nouerat, Nonis Iulij anni 1294. Perusij, ubi Cardinales conuenerant, Pontifex Maximus renunciaretur: quam electionem suam cum approbasset, & Cardinalibus ad se uocatis Aquiliæ consecrationis & coronationis insignia Cælestini V. nomine assumpto, quarto calēdas Septembris suscepisset; nihil prius habuit quam uotum semel mente conceptū ad opus redigere, & Ordinis sui fundamenta, iam à uiginti annis anno scilicet 1274. iacta, & in Concilio Lugdunensi a Gregorio Papa X. comprobata, longe lateque dilatare. Cum enim uitæ eius asperitas, cum crebris miraculis coniuncta, famam eius per Italiam to-
tam,